GREGORIUS MAGNUS
Admont (?), 12. Jh.
Seite 21r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26137
Copyright: Admont, Benediktinerstift



catur: S; si ad usum consuetudinis humane recurrimus · sensum
cicius loquentis inuenimus · Homo quippe qui in ea regione in q̄
est ubiq; discurrit · pcul dubio ubiq; obuiam uenit · & repente ubi
non creditur inuenitur · Omnipis g̊ spc̄ ut ubiq; p̄sentia signaret simul
& mobilis & stabilis dr̄ · stabilis, quia p naturam om̄a continet
mobilis aut̄ dr̄: quia ubiq; & iam nescientib̄ occurrit · Tenens g̊
om̄a stabilis · p̄sentem se om̄ib; exhibens · mobilis appellatur ·
S plendor ignis g̊ · & de igne fulgur egrediens · int̄ pennata ani-
malia discurrit · quia spc̄ scs̄ simul singulis atq; omnib̄ p̄sto fit
& incendit quos contigerit & illuminat quos incendit · ut post
frigus pristinū accensi ardeant · & p ignē amoris quē acceperint
flammas exemplor̄ reddant · Fulgur quippe de hoc igne egredi-
ens torpentes mentes pcutit · eas q; pcuciendo excitat · & in flam-
mat · ut post amorē illius ardentes parit̄ & lucentes currant ·
V nde alias scriptū est · Thronus ei flama ignis · rote ei ignis accen-
sus · Hi enim qui animarū custodes sunt · & pascendi gregis onera
susceperunt · mutare loca minime pmittunt̄ · s; quia in uno loco
positi · diuinitatis in se p̄sentiam portant · & ardent · thronus dī
flama ignis dr̄ · hi aut̄ qui amore dī in p̄dicatione discurrunt
rote ei ignis ardens est · quia cum eius desiderio p uaria loca discur-
runt · unde sibi ardent · & alios accendunt · Potest tam̄ discursus
atq; mobilitas spc̄ · requisitione alterius considerationis intelligi ·
I n sanctor̄ quippe cordib; iuxta quasda uirtutes semp pmanet ·
iuxta quasdam v̊ recessurus uenit · & uenturus recedit · In fide &
enim spe atq; caritate · & in bonis aliis sine quib; ad celestem
patriam non potest pueniri sicut ē humilitas · castitas · iusticia
atq; mīa · pfector̄ corda non deserit · in pphetie v̊ uirtute doctri-
ne facundia · miraculor̄ exhibitione · electis suis aliquando adē
aliquando se subtrahit · adē ut eleuent̄ & semetipsum subtrahit ·
ut humilient̄ · adē ut eos ostensa uirtute glorificet · recedit ut
semetipsos subtracta uirtute cognoscant · adē ut ostendat quid
p ipsum sint · recedit ut patefaciat qui uel quales remanent
sine ipso · In his itaq; uirtutib; sine quib; ad uitam minime p